

uerit admittendam, ipsam Curiam quam predictae Ecclesie assignauit per sororios meos petrum & byrgerum precipio distrahendam pro precio competentj & de eodem precio soluere in testamento meo XLVIII. marcas Ecclesie iam sepius memorate, De reliquo vero debita mea si qua fuerint inuenta plenius persoluantur. vel certe in vsus pauperum si omnia debita persoluta fuerint fideliter expendantur, Jtem in remissionem peccaminum meorum & aliorum pro quibus uexillum sancte crucis assumpsi redimendum, confero omnia bona mea que in hesleby & roslosø, & wismareh possideo ad subsidium terre sancte modo quo uidero melius expedire. Jtem Monialibus De askaby confero duas Marcas argentj, Jtem fratribus skeningie .II. Marcas argenti, Jtem aliis Claustribus vbicunq; in regno Svecie constitutis, confero .II. Marcas den., Et vnicujque hospitali .I. Marcam den., Jtem vnicuique Ecclesie in cuius parrochia mea bona sunt constituta confero .I. Marcam den., & sacerdotj .I. vaccam siue bouem. Siquis vero temeritatis siue malicie pretextu hoc meum infirmare presumpserit, excommunicatione dei patris omnipotentis & sanctorum omnium feriat. Et cum impiis in die iudicij percipiat porcionem. Exequutores huius testamenti mei constituo Dominum Episcopum lincopensem, Dominum th. Marscalcum dominj regis, Dominum Jo. prepositum strengenensem, Et Dominum Nicolaum legiferum verendie. vt igitur omnis ambiguitas super premissis valeat remoueri, & excludatur occasio quelibet volentibus malignarj. Sigillum Dominj B. illustris regis Swecie, & venerabilis patris L. Episcopi lincopensis, & Dominj, M, Legiferi osgothorum & Dominj th. Marskalcj, & Domini, Dax, Jahansvn, & Dominj Johannis prepositj Strengenensis, & sigillum Dominj karoli de Norre, vna cum sigillo meo duxi presentibus apponenda, Datum anno dominj. M^o, C^o C^o, XC^o III^o.

Af de uppräknade sigillen hafva aldrig mer än ett eller z:ne på trådar, som nu äro borta, och det sistnämnda, efter hvilket pergamentsrimsan finnes qvar, blifvit satte under brefvet.

1084.

1293.

DAGS på en resa gjorda Testamente och anordning om qvarlätne lösören och penningar.

In nomine patris & filii & spiritus sancti amen. Ego DAGHER, si in hac via me mori contigerit, meum in hunc modum condo & ordino testamentum. In primis lego fratribus predicatoribus Siktunie, vnum equum nigrum, quinque annorum. fratribus autem minoribus stockholm, vnam mar-

cam denar. & sororibus sancte Clare ibidem vnam marcam den. Item fratribus minoribus in vpsalia. vnam marcam den. Item fratribus predicatoribus skeningie vnam marcam den. Item fratribus minoribus sudercopie, vnam marcam den. Item fratribus predicatoribus kalmarnie vnam marcam den. Item do fratri meo karolo vnum Equm hæruttan. Volo autem ut pro solucione sex marcarum supra legatarum, ambulator meus vendatur. Ceterum, quia Gelbriect mercatori in arbugha teneor tres marcas, volo ut illi satisficiat dominus benedictus magna son gren, qui mihi tenetur tantumdem. Item teneor hermanno dicto houud in stokholm duas marcas den. quas predictus frater meus karolus soluat. Item domino Gisiku sudercopie teneor vnam marcam den. quam soluat Ingiuaster famulus domini mei, & pro hoc do sibi fibulam meam argenteam. Testes huius mee ordinacionis presentes fuerunt, frater jsrael, dominus meus jngo, dominus birgerus petri dominus benedictus boson. Exequutores testamenti mei constituo fratrem jsraelem & dominum meum J. supradictos. In premissorum igitur evidenciam, siggilla prefatorum, fratris jsraelis, et domini benedicti boson presentibus sunt appensa. actum anno dominj .M°.CC°.XC.III°.

Sigillet fallet från linnetrådarne.

1085.

1293 d. 6 Jan.

Frödawi.

MAGNUS JOHANS SONS gåfvobref på Lindasunds gård till Sko kloster i testamente efter Brigitta Larsdotter.

A. 3. b. 1.

Omnibus presentes litteras inspecturis, MAGNUS JOANSSON. Salutem in domino sempiternam, Notum facimus tenore presentium vniuersis, quod nos curiam lindasund cum omnibus ad eam pertinentibus, que ad nos deuenit per mortem birgitte filie laurencij legiferi monasterio sko, vbi dicta birgitta sepulta est, pro anima birgitte sepedicte & nostra & nostrorum conferimus, Post mortem nostram testamenti titulo cum aliis que dicto manasterio testamentarie legauimus iure plenario possidendam, abbatisse quoque & conuentuj dicti Monasterij donamus & committi volumus post mortem nostram vnum annulum aureum continentem lapidem de saphiro, & vnum vas argenteum, que nobis presentauit domina Radburgis abbatisa monasterij supradicti, In cuius rei testimonium vna cum sigillo nostro sigillum fratris Jsraelis ordinis predicatorum lectoris sictoniensis presentibus est appensum, Datum frødhawi & actum presentibus testibus, Dilecta vxore mea Ingiburghi, & fratre, israele predicto, & fratre brodhero ordinis minorum. Anno dominj. M°.CC°. Nonagesimo. III. in epiphania dominj.

OOOI

Sigillen N:o 1, 3 skadade, N:o 2, 4 bortfallne.